



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 14. Pater Joannes de Brito Jesuita Maduræ occisus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. Congregatione decisum, quod absolu-  
 A.C. 1695. tio a Censuris ob violatam immunita-  
 tem sit personaliter & humiliter peten-  
 da: denique eadem die Sacra Rituum  
 Congregatio decrevit, quod Sacerdos  
 celebrans Missam conventualem, in  
 qua chorus tenetur cantare Symbo-  
 lum, non possit illam prosequi eo tem-  
 pore, quo a Choro cantatur hoc  
 Symbolum.

## §. XIV.

*Pater Joannes de Brito Jesuita Ma-  
 duræ occisus.*

Berti Brev. Eccl. Hist. pag. 285. Binn. app. t. 12. p. 109. & 115. **A**d hunc annum Joannes Laurentius Berti refert Martyrium Patris Joannis de Brito Jesuitæ, Lusitani ac Missionarii, quem etiam Jesuitæ anno hu-  
 jus sæculi nonagesimo tertio Maduræ ab Ethnicis in odium fidei fuisse truci-  
 datum, ejusque intercessionem Christianis salutarem esse referunt: *expecta-*  
*tur autem, inquit præfatus Author,* *Apostolicæ Sedis judicium, quia martyres*  
*non facit pœna, sed caussa, non sunt in*  
*eorum numero computandi decies mille ca-*  
*ptivi Turcarum, qui seditionem moventes*  
*Anno 1662. in urbe Mauritaniae Algerio*  
*trudelissime necati fuere.*

## §. XV